

THUNBERG


PERICULUM ENTOMOLOGICUM


QUO

CHARACTERES

GENERUM INSECTORUM

1789





PERICULUM ENTOMOLOGICUM,

QUO

CHARACTERES GENERUM INSECTORUM,

CONSENSU EXPER. FAC. MED. UPSAL.

PRÆSIDE

CAROL. PET. THUNBERG,

EQUITE AURAT. REG. ORD. DE VASA,
MEDIC. DOCT. PROFESS. MED. ET BOTAN. REG. ET ORD., ACAD. CÆSAR,
NAT. CURIOS. REG. SCIENT. LONDINENS. HOLMIENS. SOCIET. SCIENT. UPSAL.
PATR. HOLM. BEROL. NAT. SCRUT. LUNDENS. HARLEM. AMSTELD. ZELAND.
NIDROSIENS. HALENS. NAT. SCRUT. MEDIC. EDIMBURG. ET NAT. STUDIOS. IBID.
MEMBRO; NEC NON ACAD. SCIENT. PARIS. MONSPELIENS. AGRICULT.
PARIS. FLORENTIN. ET BATAVIN. IND. OR. CORRESPOND.

PUBLICÆ CENSURÆ PROPONIT

SAMUEL TÖRNER,
NORCOPIA-GOTHUS.

IN AUDIT. GUSTAV. MAJ. D. X JUN. MDCCCLXXXIX.

Horis consuetis.

UPSALIAE, LITTERIS DIRECTOR. JOH. EDMAN.

1789.



IN S:AM R:AM M:TEM
SPECTATÆ FIDEI VIRO,
AD STATUM FORTIFICATIONIS
CAPITANEO,
GENEROSO ac NOBILISSIMO
DOMINO
CAROLO JOHANNI
BOGEMAN,
FAUTORI PROPENSISSIMO.

Eximiam, qua polles Historiae Naturalis peritiam, & sum-
mam, qua ex illa colenda perfrueris, voluptatem suspici-
ens, favoremque, quo me amplecti dignatus es, votis meis
meritisque longe majorem, grato recolens animo, TE hanc
ægre laturum credidi, quod has pagellas TIBI humillime di-
care audeam, summa, donec vixero, mentis veneratione per-
mansurus

GENEROSI ac NOBILISSIMI NOMINIS TUI

char. W. Richens
cultor humillimus
SAMUEL TÖRNER.

Prooemium.

Eam utique deprehendimus Systematum in gratiam Entomologiæ concinnatorum copiam, ut plura ejusdem generis molimina supervacanea videantur. Sic strenuam & felici cum successu in illa excolenda atque ad fastigium perducenda operam collocarunt bene multi Systematici eo directam, ut ad naturæ fætus scrutandos facilior panderetur aditus. Sed in hoc præstanto in diversa abierunt Auctores, dispari modo sciendi cupidis satisfacientes. Quos inclitos scientiæ Conditores maximopere supereminet Historiæ Naturalis stator immortalis a LINNÉ; qui Summus Vir, ut ob sparsa lumina per reliquas Historiæ ejusdem partes incomparabilis, sic etiam ex Insectis Systematica Serie tradendis nihil non gloriæ reportasse dicendus est. Grato ac perspicuo proponendi more se ubique commendat hujus ingeniosissimi Vir imethodus, naturæ curiosos in sui amorem ac admirationem vi quadam ipse propria rapiens.

Hic etiam silentio neutiquam prætermittere possumus de re Entomologica longe Meritissimi Prof. FABRICII indefesam & eximiam plane operam, qui novum condendo Systema, Entomologorum in se convertit oculos, & cuius Scripta celeberrima omnium eorum jam versantur manibus. Maxime sane consenteum omnium foret votis, ut hunc incredibili præditum perspicacia Virum in subtilissimis insectorum

partibus quisque assequi, & ipsius Characteres Genericos eruere valeret. Cum vero ea sit oporteat hujus amoenæ Scientiæ indoles, ut ejus principia, quoad fieri posse, per vestigatu facili methodo proposita, in omnium sese insinuent oculos cultorum, vereor ne potius nimiæ curiositati satisfaciendæ inserviat labor, in instrumentis cibariis insectorum, secundum methodum Fabricianam, adeo ad unguem resecandis, collocatus, quam intento respondeat usui; atque Scientiæ cultores Nomenclaturæ supra laudati Viri magis adhærent, habitum insectorum in ejus operibus traditorum ex Synonymis Linnæanis per noscentes, quam notas Genericas ipsius Systematis irrito perquirere nitantur. Nos igitur Systema Scrutatorum captui accommodatum exigendo, castra Fabriciana deserere cogimur, characteres generibus insectorum ab ipso impositos, in minoribus præcipue, haud difficiles modo, sed esse inextricabiles plane persvasi: proinde aliis, quibus volupe erit, æque lynceis naturæ Scrutatoribus mandibulas ac maxillas insectorum earumque situm & dentes eruenda relinquimus, contenti, si in externis, aut magis conspicuis haud destruendi animalis partibus notas quasdam detegere valemus horum animantium familiis discernendas applicatas. Quo in negotio, si LINNAEI vestigia legentes ab ipsis nos interdum defletere offendimur, id mirum non erit perpendenti, tot esse insectorum species post tempora ipsius detectas, ut ad singulas inveniendas & rite cognoscendas opus sit illas in plura genera disjungere; cuius rei necessitatem adeo quemvis perspicere convincimur, ut omnem demonstrationem superflua ducamus.

Ad

Ad ordines insectorum quod attinet, illos, quos statuit a LINNÉ, integros servamus, divortia sententiarum cum FABRICIO facientes, qui Apem, Ephemeram & Oniscum sub eadem classe consociat, qui Libellulam & Araneam simili modo conjungit, & Acarum ac Oestrum sub eodem ordine proponit.

Difficultate ergo in hisce mire variantibus animalculis dignoscendis penitusata, Celeber. D. PRÆSES, pro suo in Historiae Nat. incrementa ardore de eo fuit sollicitus, ut Entomologorum labor hac in re quodammodo sublevaretur; quem in finem præsens opusculum eorum proponebitur discrimini, quo paclō sciendi cupidis methodus, qua in MUSEO Acad. Upsal. adornando usus sit, cum illis recommendationibus, quas, post illius jam editum Catalogum, iteratæ observationes instituendas svaserunt, simul innotescat.

Editurus Specimen quoddam Academicum rogavi, ut vires in illo negotio conficiendo mihi periclitari permitteret idem Vir Celeberrimus: Quamobrem hos Charæceres insectorum qualescunque Tibi B. L. fistit tenuis mei ingenii suppellex, indulgentem juvenilium conatum excusationem enixe mihi expetens.



— *Jag med LINNÉ beträgter*
Naturens undansvärda spår. PAYKUL.

I. COLEOPTERA.

* *Antennis clava solida.*

PAUSUS: *Clava uncinata. Elytra abbreviata.*

HISTER: *Caput retractum. Elytra abbreviata.*

COCCINELLA: *Cörper hemisphæricum, subtus planum.*

ANTHRENUS: a) *Caput retractum. Thorax antice coarctatus. Corpus ovatum.*

ELOPHORUS: *Thorax quadratus. Elytra æquantia.*

** *Antennis clava bulbiformi.*

BULBOCERUS:

*** *Antennis clava lamellata.*

LUCANUS: *Maxillæ porrectæ.*

SCARABÆUS: b) *Caput extuberans. Tergum scutellatum.*

COPRIS: *Caput extuberans. Tergum exscutellatum.*

MELOLONTHA: *Caput muticum.*

TROX: *Caput retractum. Abdomen subtus planum.*

An-

a) Sub Byrrhi nomine comprehensus in Cat. Mus. Ups. b) Hoc, ut sequens genus, thoracem induit elytris adæquatum, ampliato-productum, sed Melolonthæ thorax est elytris inadæquatus, angustatus, brevis.

**** Antennis clava perfoliata.

- CURCULIO:** *c)* Caput rostratum, postice incrassatum.
ATTELABUS: Caput rostratum, postice attenuatum.
HYDROPHILUS: *d)* Corpus ovale, fornicatum. Pedes natatorii.
SPHÆRIDIUM: *e)* Corpus ovatum, fornicatum. Pedes gressorii.
BYRRHUS: *f)* Corpus ovatum, convexum. Thorax antice coarctatus.
DERMESTES: Corpus oblongum, depressiusculum. Thorax antice attenuato-coarctatus.
BOSTRICHUS: *g)* Caput retractum. Thorax teres. Corpus cylindricum.
ANOBIUM: *h)* Corpus linear-ioblongum. Caput deflexum. Elytra flexilia.
TRITOMA: *i)* Corpus lineare, depresso. Thorax quadratus.
IPS: *k)* Corpus ovato-oblongum, undique convexum.
SILPHA: *l)* Thorax Elytraque lateribus explanatis.
NITIDULA: *m)* Thorax transversus. Elytra truncata.
NECROPHORUS: *n)* Thorax rotundatus, lateribus explanatis. Elytra plana, truncata.
- ***** Antennis moniliformibus.
- OPATRUM:** *o)* Thorax convexus, antice lunatus, lateribus explanatis. Elytra convexa.

BRU-

- c)* Antennæ insidentes rorstro, ab oculis remotæ. *d)* Hydrous Cat. Mus. Upf. *e)* Corpus ad hemisphæricam figuram accedit in plurimis. Thorax ampliatus. *f)* Ingreditur Sphæridii genus in Cat. Mus. Upf. *g)* Ips Cat. Mus. *h)* Obs. Caput thoraci subæquale. Thorax rotundatus. Antennæ in quibusdam Speciebus moniliformes. *i)* Cum hoc charactere convenienter Dermestes ferrugineus, Tritoma colon. Obs. Caput exsertum. *k)* Genus Fabr. ad quod pertinet Ips æneus: hic quoque referimus Silpham rusticam in Cat. Mus. *l)* Corpus depressiusculum, ovatum. Caput retracto-infelixum. Antennæ moniliformes in multis. *m)* Corpus quadratum. *n)* Hoc genus constituant Nitidula littoralis & N. vespillo Cat. Mus. Upf. Nicroph. in scriptis Fabr. sphæma forte est. *o)* Huic associantur Silpha cornuta, Hispa musica & Opatum Fabr.

BRUCHUS: Caput retracto-inflexum. Thorax antice angustatus. Elytra obtusa.

HISPA: p) Thorax antice angustior, immarginatus. Elytra obtusa.

CASSIDA: Corpus convexum, subtus planum. Thoracis clypeus caput obtegens.

CHRYSOMELA: Corpus ovatum. Thorax transversus, marginatus. Elytra immarginata.

ALTICA: Pedes saltatorii.

MORDELLA: Corpus incurvatum. Elytra attenuata. Lamina ante femora.

ERODIUS: Thorax transversus, depresso. Abdomen subglobosum.

MELOË: q) Caput inflexum. Thorax lateribus adpressus, subrotundus. Elytra linearia, flexilia.

CLERUS: Caput thorace latius, resimum. Thorax postice attenuatus.

SONDYLIS: r) Thorax elytris angustior. Corpus subcylindricum.

PIMELIA: s) Thorax rotundatus, convexus, marginatus. Elytra convexa, bimarginata.

TENEBRIOS: t) Thorax antice lunatus, elytris subæqualis, marginatus. Corpus oblongum.

STAPHYLINUS: u) Elytra abbreviata. Cauda biseta.

***** Antennæ filiformibus.

GYRINUS: Antennæ cylindricæ, capite breviores. Oculi quatuor. NOTO-

p) Antennæ porrectæ, approximatæ. Corpus sèpius aculeatum.

q) Caput grande, retusum. r) Ad hoc genus referimus Tenebrionem asperum, Spond. buprestoidem, quamvis antennæ non nihil ablidant.

s) Difficillime ab hoc genere dislocari queunt Sepidii plurimæ Species in Cat. Mus., hinc combinavimus. Sepid. vittatum Erodii intrat genus.

t) Thorax fere quadratus. u) Corpus lineare. Abdominis margo elevatus. Vesiculae 2 supra caudam exserendæ. Alæ elytris obtectæ.

NOTOXUS: Thorax gibbus, utrinque attenuatus.

PTINUS: Caput retracto inflexum. Thorax antice coarctatus.

MELYRIS: Caput inflexum. Thorax bimarginatus.

CRIOCERIS: Antennæ approximatæ. Thorax subquadratus.
Elytra oblonga.

CRYPTOCEPHALUS: Caput retuso-retractum. Elytra obtusa.
Corpus cylindricum.

AVCHENIA: x) Thorax teres, elytris depresso-angustior.

EVRYCHORA: y) Thorax subquadratus, depresso-margine sursum dilatato. Elytra depreesa.

CUCUJUS: Corpus depresso. Thorax postice rotundatus.

BUPRESTIS: z) Caput thoraci semi-intrusum.

ELATER: Pectoris mucro e poro abdominis resiliens.

* * * * * Antennis setaceis.

SCARITES: a) Thorax lunatus, postice rotundatus.

CARABUS: Thorax obcordatus, postice truncatus, marginatus.

CICINDELA: Oculi prominuli. Thorax inæqualis.

DONACIA: b) Thorax quadratus, immarginatus.

CISTELA: c) Corpus oblongum, fornicatum. Thorax marginatus, antice angustior.

DYTISCUS: Thorax transversus. Pedes natatorii.

LEPTURA: Thorax subglobosus, muticus, antice angustior.

CALLIDIUM: d) Thorax rotundatus, muticus.

B

SAPER-

x) Sub hac adpellatione complectimur Crioceridis generi quasdam species antea injunctas e. g. Cr. merdigeram, cyanellam. y) Ad hoc genus amandamus Pimeliam ciliatam (Cat. Mus.) z) Obs. Oculi in Buprestide fere oblongi, in Elatero rotundi. a) Corabus maxillosus, Tenebrio fosfor &c. hoc constituant genus. b) Habitus nobis perhiasit esse Calopum aquaticum, Spondyl. femoratum (Cat. Mus.) heic coniungendas. c) Heic in considerationem veniunt Crioceris sulphurea, C. ceramboides, similesque in Cat. Mus. d) Comprehendit Cerambycem rusticum, & hujusmodi in LINNAE System.

SAPERDA: e) Thorax cylindricus, muticus.

PRIONUS: f) Thorax planus, margine acuto, crenulato-spinoso.

CERAMBYX: *) Thorax lateribus extuberanti-spinosus.

CALOPUS: g) Thorax teres, elytris angustior. Corpus cylindricum.

CANTHARIS: Caput exsertum. Clypeus thoracis planus, elytris æqualis. Elytra linearia, flexilia.

PYROCHROA: b) Caput exsertum. Thorax rotundatus. Elytra flexilia. Corpus postice incrassatum.

CALOLYMUS: i) Caput globosum. Thorax antice coarctatus. Elytra linearia, flexilia.

MALACHIUS: Elytra attenuato-angustata.

LAMPYRIS: Caput tectum clypeo thoracis. Elytra flexilia.

NECYDALIS: k) Elytra abbreviata. Cauda simplex.

FORFICULA: Elytra abbreviata. Cauda forcipata.

II. HEMI-

e) e. g. *carcharias* (Ceramb. LINN.) f) e. g. *Cerambyx coriarius* Cat. Mus. *) Viderentur quidem diversi in Cerambycis genere habitus diversa prodere genera, modo character in his semper constans & perspicuus observaretur. Curiosorum ergo vel sicutantes desideriis variis hujus generis facies ita proponimus: **LAMIA:** Thorax teres, spinosus. Elytra clunata. (i. e. postice convexa.) **CERAMBYX:** Thorax teres, spinosus. Elytra fastigiata, linearia. Obs. fastigiatum sumitur eo sensu, quo a LINNEO exhibetur in Buprest. rustica. **RHAGIUM:** Caput elongatum. Thorax teres, spinosus. Elytra subfastigiata, cuneata. **STENOCORUS:** Caput elongatum. Thorax teres, extuberans. Elytra cuneata. Adduntur tum etiam certis adfinibus sequentes notæ disjunctivæ: **CALOPUS:** Thorax cylindricus, elytris angustior, muticus. Elytra clunata. **SAPERDA:** Thorax cylindricus, muticus. Elytra fastigiata. **CALLIDIUM:** Thorax rotundatus. Elytra fastigiata. g) Ab hoc genere non ab ludunt *Cantharis viridis*. & *Calopus ferraticornis*. b) Nos, ut Fabricius, sub hac *Cantharis pectinicornem* LINN. consideramus. i) *Lymexylon* Fabr. it. *Horia*. k) Obs. Alæ exsertæ, nudæ; **FORFICULÆ** testæ.

II. HEMIPTERA:

* Antennæ ensiformes. Os maxillis.

TRUXALIS: Caput conicum, elongatum.

** Antennæ filiformes. Os maxillis.

ACRYDIUM: Thorax ultra alas productus.

GRYLLUS: 1) Thorax hemelytris brevior. Alæ deflexæ.

PNEVMORA: Alæ planæ. Corpus inane, inflatum.

*** Antennæ setaceæ. Os maxillis.

LOCUSTA: Alæ deflexæ. Pedes saltatorii.

ACHETA: Alæ incumbentes, inferiores caudatae,

BLATTA: m) Pedes cursorii: Antici breviores.

MANTIS: Pedes antici raptorii, longiores.

Os rostro:

FULGORA: Antennæ capitatae. Frons producta, inanis.

CICADA: n) Antennæ subulatae. Alæ deflexæ.

MEMBRACIS: o) Antennæ subulatae. Thorax gibbus, postice attenuato-productus, abdomen adæquans.

TETTIGONIA: p) Antennæ subulatae. Alæ deflexæ. Laminæ ad femora postica.

CIMEX: Antennæ articulatae. Alæ planæ, cruciatæ. Pedes cursorii.

NOTONECTA: Pedes posteriores natatorii.

NEPA: Pedes anteriores cheliformes, reliqui ambulatorii.

APHIS: *) Antennæ setaceæ, thorace longiores. Alæ, ubi adsunt, erectæ. Pedes ambulatorii.

CHERMES: Rostrum pectorale. Antennæ setigeræ. Alæ deflexæ. Pedes saltatorii.

Coccus: Rostrum pectorale. Antennæ filiformes, breves.

B 2

THRIPS:

1) Alæ lateribus corporis adpressæ, item in Locusta. m) Thorax orbiculatus. n) Pedes saltatorii. o) Cicada cornuta LINN. hujus est generis. p) Cicadæ maniferae, non saltantes (LINN.) heic a nobis insigniuntur. *) Abdomen sæpe postice bicorne.

THRIPS: *) Rostrum obsoletum, rima. Alæ incubentes, subcruciatæ. Abdomen sursum reflexile.

III. LEPIDOPTERA.

PAPILIO: q) Antennæ apicem versus crassiores. Alæ patulæ.

SPHINX: r) Antennæ medio incrassatae. Alæ deflexæ.

BOMBYX: s) Antennæ pectinatae. Lingua recondita. Alæ deflexæ, ampliatæ.

NOCTUA: Antennæ setaceæ. Lingua spiralis. Alæ deflexæ, angustatae. (tes.)

PHALÆNA: t) Antennæ filiformes pectinataeque. Alæ patentes.

PYRALIS: u) Antennæ filiformes. Alæ deflexæ, angustatae.

TORTRIX: Antennæ filiformes. Alæ ampliatæ, obtusæ: margine exteriore curvo.

TINEA: v) Antennæ setaceæ. Alæ acutæ, convolutæ.

ALUCITA: Antennæ filiformes. Alæ fislæ.

IV. NEUROPTERA.

LIBELLULA: Antennæ subulatae. Alæ extensæ, omnes æquales. Cauda hamoso-forcipata.

AGRION: x) Antennæ subulatae. Oculi extuberantes. Alæ erectæ, æquales.

MYRMELEON: Antennæ capitatae. Alæ deflexæ, æquales.

EPHEMERA: Antennæ subulatae. Alæ erectæ, posticæ minimæ. Cauda setosa.

PHRYGANEA: Antennæ setaceæ. Thorax brevisimus. Alæ deflexæ.

HEME-

*) Alæ duæ. q) Obs. corpus angustum. r) Corpus obesum.
 s) Antennæ maris sæpius pectinatae, feminæ interdum setaceæ. t) Obs.
 Alæ horizontales. Corpus gracile. Antennæ pectinatae & setaceæ in di-
 stincto sexu. u) Alæ conniventes in figuram deltoideam. v) Alæ con-
 volutæ in formam cylindricam. x) Genus Fabr. Oculi prominuli e. g. Libel-
 lula puella LINN.

HEMEROBIA: Antennæ setaceæ. Thorax rotundatus. Alæ deflexæ.

PANORPA: Antennæ setaceæ. Os rostro corneo, cylindrico. Alæ incumbentes.

RAPHIDIA: Antennæ setaceæ. Caput triangulare. Thorax elongatus.

TERMES: Antennæ moniliformes.

V. HYMENOPTERA.

FORMICA: a) Antennæ medio geniculatae. Petiolus abdominis extuberans.

MUTILLA: b) Antennæ extrorsum attenuatae. Os elingue. Petiolus abdominalis æqualis. Corpus totum pubescens.

APIS: c) Lingua inflexa. Alæ planæ.

VESPA: d) Antennæ extrorsum crassiores. Alæ superiores plicatae.

SPHEX: e) Antennæ extrorsum attenuatae. Alæ planæ, subincumbentes.

CHRYSIS: f) Abdomen subtrus fornicatum, utrinque squama laterali. Aculeus subexsertus.

SIREX: g) Abdomen sessile, mucronatum. Aculeus exserratus sub abdominalis spina terminali.

CORYNIS: h) Antennæ capitatae. Abdomen fornicatum.

B 3

TEN-

a) Antennæ filiformes, frægæ. Oculi minuti. Alæ planæ incumbentes, neutris nullæ. Aculeus obsoletus. b) Alæ planæ, feminis nullæ. Abdominis primum segmentum maximum. Aculeus punctorius. c) Antennæ filiformes. Oculi oblongi. Aculeus feminis & neutris punctorius. d) Antennæ pendulae. Os elingue. Oculi reniformes. e) Antennæ incurvæ. Oculi ovati. Aculeus punctorius. f) Os elingue. Alæ planæ. Corpus fulgidum. g) Antennæ setaceæ. Thorax antice lunatus. h) Sub hac denominatione innuimus Tenthredinem luteam, obscuram, & hisce similes, quæ alias iisdem notis insigniuntur, ac Genus insequens, Tenthredo.

- TENTREDO:** *i)* Antennæ subfiliformes. Abdomen sessile; oblongum. Aculeus ferratus, bivalvis, reconditus.
- ICHNEVMON:** Antennæ setaceæ. Abdomen petiolatum, elongatum. Aculeus exsertus, bivaginatus.
- CYNIPS:** *k)* Antennæ filiformes. Abdomen subovale, compressum. Aculeus spiralis.

VI. DIPTERA.

- OESTRUS:** Os clausum, poro pertusum. Antennæ globosæ, setariæ.
- STRATIOMYS:** *l)* Proboscis proclinata. Antennæ lanceolatae, basi conniventes. Alæ incubentes. Scutellum dentatum. Abdomen rotundum.
- BIBIO:** *m)* Proboscis proclinata. Antennæ filatæ, acuminate. Caput globosum. Alæ extensæ.
- MUSCA:** *n)* Proboscis proclinata. Antennæ incrassatae, breves. Scutellum muticum.
- RHAGIO:** *o)* Proboscis exserta, palpis incumbentibus. Antennæ subulatae. Abdomen subconicum.
- TABANUS:** *p)* Proboscis exserta, palpis incumbentibus. Antennæ filatæ. Abdomen ovale.
- TIPULA:** Proboscis brevissima. Palpi duo, porrecti, incurvi. Antennæ filiformes.
- ULEX**

i) Thorax huic antice æquali-obtusus. *k)* Larvæ causæ sunt Gal-
larum. *l)* Huic generi inserimus Muscam mutabilem LINN. & M.
chamæl. cum reliquis istius structuræ. *m)* Hoc loco denotamus Mu-
scam maura L. & huic similes, cum charactere convenientes. *n)* Sub
hoc genere combinavimus Muscam & Syrphum Fabr. Alias sèpissime
dignoscitur SYRPHUS Corpore tomentoso, aut glabro, depili. (i. e. nullis
majoribus pilis s. setis horrido.) Musca vero, Corpore piloso. *o)* An-
tennæ apice interdum setigeræ, ut in Syrpho Scopulaceo, Catal. Mus.
A. Ups. Thorax huic generi gibbus. Corpus elongatum. Genus est Fabr.
eius Gener. habitum sequimur. *p)* Oculi transversales in plurimis, sed
in Muscis, STRATIOM. RHAGION. longitudinales, vel rotundi. Proboscis TA-
BANI aculeis compressis, acuminatis prædicta est.

CONOPS: Proboscis geniculata, setiformis, longa. Antennæ clavato-acuminatæ. Abdomen clavatum, inflexum.

CULEX: Haustellum elongatum: vagina aculeos setaceos gerente. Antennæ filiformes.

EMPIS: Haustellum inflexum. Antennæ subulatæ. Caput globosum.

STOMOXYS: q) Haustellum porrectum, setiforme. Antennæ setariæ.

BOMBYLIUS: r) Haustellum porrectum, longissimum. Antennæ subulatæ.

ASILUS: s) Haustellum porrectum, rectum, corneum. Antennæ subulatæ.

HIPPOBOSCA: t) Haustellum breve, cylindricum, nutans.

VII. APTERA.

LEPISMA: u) Pedes VI. Antennæ setaceæ. Cauda trifera.

PODURA: v) Pedes VI. Antennæ setaceæ. Cauda bifurca.

PEDICULUS: x) Pedes VI. ambulatorii. Antennæ moniliformes.

PULEX: Pedes VI, postici saltatorii. Proboscis brevis, incurva. Abdomen compressum.

ACARUS: Pedes VIII. Oculi II. Tentacula II, pediformia.

ARANEA: Pedes VIII. Oculi VIII. Antennæ nullæ. Os forcipatum. Palpi articulati, incurvi.

PHALANGIUM: Pedes VIII. Oculi IV. Antennæ nullæ. Caput antice cheliferum.

SCOR-

q) Proponimus hic Asilum Morion. LINN. Obs. Proboscis in canalem retractilis in Conope, Stratiomy, Bibione, Musca. r) Caput depresso Corpus ovale. Alæ extensa. s) Caput compressum. Frons barbata. Thorax gibbus. t) Pedes unguiculis pluribus. u) Pedes cursorii. Cauda seris extensis. Corpus squamatum. v) Pedes cursorii. Cauda inflexa, falcatrix. x) Os aculeo retractili. Abdomen depresso, sublobatum.

- SCORPIO:** *y) Pedes VIII. Antennæ nullæ. Manus chelatæ.*
CANCER: Pedes. X. Antennæ breves. Corpus rotundatum.
 Cauda recurvato-recondita.
- PAGURUS:** Pedes X. *z) Antennæ IV, inæquales. Corpus elongatum. Cauda tenui membrana obducta.*
- ASTACUS:** Pedes X. Antennæ IV, elongatæ. Manus chelatæ. Corpus elongatum. Cauda extensa, foliacea.
- GAMMARUS:** **) Pedes X. Antennæ anticæ breviores. Cauda compressa.*
- MONOCULUS:** Pedes XII, plurimi chelati. Antennæ fissæ. Corpus crustæ innatum.
- ONISCUS:** Pedes XIV. Corpus convexiusculum.
- SCOLOPENDRA:** Pedes totidem utrinque, quot corporis segmenta. Corpus lineare, depresso. Antennæ setaceæ.
- JULUS:** Pedes duplo utrinque plures, quam corporis segmenta. Antennæ moniliformes. Corpus semi-cylindricum.

y) In plurimis hujus Generis Speciebus observatur cauda articulata, mucrone incurvo instructa. Pectines II. pedes posticos adjacent. *z) Species in hujus generis Parasiticæ sunt, cauda aphylla distinctæ.* **) Huic generi adseribitur CANCER pulex LINN.*

Admiranda tibi levium spectacula rerum.
 VIRG.

